

Franckesche Stiftungen zu Halle

Joachim Langens Verbesserte und Erleichterte Lateinische Grammatica

Lange, Joachim

Halle, 1767

VD18 13160842

Poeticae Cap. II De Carminum Generibus.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-196019

POETICAE CAP. II
DE CARMINVM GE-
NERIBVS.

§. I. *Carmen* est concinna versuum congeries.

§. II. *Versus* est legitima vocum compositio, certo pedum modo ac numero definita. Dicitur etiam *metrum*.

§. III. *Pes* est certa syllabarum ratione quantitatis et numeri constitutio: complexus autem eiusmodi syllabarum est *regio metrica*, seu locus, quem pes quisque occupat.

§. IV. Ex pedum numero fit *scansio*, seu versus *dimensio* secundum regiones et pedes.

§. V. In dimensione obseruanda est *caesura*: quæ est decora dictionis per pedes interfectio, ita vt vltima vel penultima syllaba nouum pedem inchoet. Vnde versus, caesura carens, nullam habet gratiam: vt

Nuper quidam doctus cepit scribere versus.

Defectum caesuræ habent versus tardigradi: vt

Conturbabantur Constantinopolitani

Innumerabilibus sollicitudinibus.

§. VI. Pedes vero sunt vel disyllabi, vel trisyllabi, vel tetrasyllabi.

§. VII. *Disyllabi* sunt quatuor: *spondeus* - omnes; *trocheus* - v feruat; *pyrrhichius* v v Deus; *iambus* v - pios.

§. VIII. *Trisyllabi* sunt octo, quorum vtitiores sunt: *dactylus* - v v optima; *anapaestus* v v - domino; *molossus* --- infani; *tribrachys* v v v legere; *bacchius* v - - gubernans.

§. IX. *Tetrasyllabi* sunt sedecim, quorum vtitiores

Z

tatio

tiores sunt: *dispondeus* ---- concludentes; *choriambus* -vv- est requies; *proceleusmaticus* vvvv hominibus; *diiambus* v-v- seueritas.

§. X. Vfitatiora carminum genera sunt *Adonicum*, *Heroicum* siue *Hexametrum*, *Elegiacum*, *Anapaesticum*, *Iambicum*, *Trochaicum*, *Phalaeicum*, *Sapphicum*, *Glyconicum*, *Choriambicum*, *Alcaicum* et *Archilochium*. Quorum vnumquodque constituitur e concinna versuum congerie.

§. XI. Versus ADONICVS est quasi exitus hexametri. Duas enim continet regiones: quarum prior exhibet *dactylum*, posterior *spondeum* vel *trochaum*. Vt

-vv | - - *Sis mihi praesens*
 - v *Rebus in artis,*
 Christe redemptor.

§. XII. Versus HEXAMETER constat sex regionibus: quarum quatuor priores promiscue habent vel *dactylum* vel *spondeum*, quinta solum *dactylum*, sexta *spondeum* vel *trochaum*. Vt:

- - | - - | - - | - - | - - | - -
-vv | -vv | -vv | -vv | -vv | -v

Illi inter sese magna vi brachia tollunt. Virg.
Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Id.

Not. 1. Quinta regio interdum ob scribentis adfectum habet *spondeum*, praecedente tamen *dactylo*, vnde eiusmodi versus *spondaicus* dicitur; vt
Cara Deum soboles, magnum louis incrementum. Virg.

Not. 2. Cauendum est, ne hexameter definat temere in vocem monosyllabam, nisi praecedente altera monosyllaba, vt *Principibus placuisse viris non ultima laus est*: aut tetrasyllabam, vt *Auge sunt aliae gentes, alia minuitur.* Lucret.

Not. 3.

Not. 3. Genus hexametrum vocatur *heroicum*: quia illustrium virorum rebus gestis, stilo magnifico describendis, quam conuenientissimum est.

§. XIII. Versus PENTAMETER, qui in genere elegiaco versui hexametro semper subiicitur, habet *quinque regiones* et diuiditur in duo *hemistichia*: quorum prius in duabus regionibus admittit vel spondeum vel dactylum, remanente syllaba longa dictionem finiente; *posterius* duos dactylos remanente syllaba longa vel breui. Quæ duæ remanentes syllabæ quintam regionem efficiunt. Formula hæc est:

- - | - - | - | - v v | - v v | -
- v v | - v v | - | - v v | - v v | v

Fiorrebant sauis omnia verba minis.

Sit bene conueniens et sine labe toga.

Not. 1. Hexameter cum pentametro *venuste* perfectam sententiam, saltem colon continet.

Not. 2. Neutrum hemistichium commode definit in vocem monosyllabam, nisi præcedente alia. Vt

Magna tamen spes est in bonitate Dei.

Not. 3. Ultima pentametri vox non facile solet esse duabus syllabis longior.

§. XIV. Versus ANAPAESTICVS primis duabus regionibus admittit anapæstum vel spondeum, tertia anapæstum tantum, syllaba residua. Vt

v v - | v v - | v v - | - | *Iam mæsta quiesce querela:*
- - | - - | - - | v | *Lacrimas suspendite matres:*
- - | - - | - - | - - | *Veniant modo tempora iusta.*

§. XV. Versus IAMBICVS est, qui locis *imparibus* (1, 3, 5, 7) iambum, spondeum, rarius tribrachyn, anapæstum aut dactylum: *paribus* autem (2, 4, 6, 8) iambum aut tribrachyn recipit. Nomen

men habet a pede *iambo*: qui quo frequentior in hoc genere est, eo venustior est versus.

Sunt autem versus *iambici* vel *quaternarii*, qui quatuor; vel *senarii*, qui sex, vel *octonarii*, qui octo constant regionibus.

Forma iambici quaternarii, unde ceteri diiudicari possunt, hæc est:

1.	2.	3.	4.
v -	v -	v -	v -
-		-	v
Rarius			
vvv	vvv	vvv	vvv
vv-		vv-	
-vv		-vv	

O lux beata Trinitas! O principalis unitas!

Iam sol recedit igneus: infunde lumen cordibus!

Not. 1. In hoc genere rhythmī valde iucundi sunt.

Not. 2. Ex iambico quaternario fit versus anacreonticus, si vltima syllaba rescindatur, hoc modo:

Recescit vmbra noctis: Ab arce Phæbus alta

Novum iubar decorus Micante fundit ore.

Not. 3. Iambicus senarius dicitur *choliambicus* vel *scæzon* siue claudicans, quando in fine spondeum vel trochæum admittit, quinta regione necessario iambum requirente, vt:

Sed non videmus mantica quod in tergo est.

§. XVI. Versus TROCHAICVS est, qui locis imparibus (1, 3, 5, 7) trochæum, rarius tribrachyn; paribus autem (2, 4, 6, 8) trochæum vel spondeum; rarius tribrachyn, anapæstum vel dactylum recipit. Nomen habet a pede trochæo: qui quo frequentior in hoc genere est, eo venustior est versus.

Sunt

Sunt autem versus trochaici non minus varii, quam iambici: vñtatisimus tamen est octonarius, regionem vltimam vna syllaba finiens. Forma eius hæc est:

1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.
-v	-v	-v	-v	-v	-v	-v	-
	--		--		--		v
Rari	us						
vvv	vvv	vvv	vvv	vvv	vvv	vvv	
	vv-		vv-		vv-		
	-v		-vv		-vv		

Ipse iussit et creata; dixit ipse et facta sunt;

Terra, cælum, fossa ponti, trina rerum machina.

§. XVII. Versus PHALAECIVS quinque habet regiones: quarum prima recipit spondeum, secunda dactylum, reliquæ tres trochæum, vt:

-- | -vv | -v | -v | -v

Audit cuncta Deus videtque iustus,

Vitam quæ faciunt beatorem.

Not. Hi versus a syllabarum numero vocantur hendecasyllabi.

§. XVIII. Versus SAPPHICVS quinque constat regionibus, quarum prima recipit trochæum, secunda spondeum, tertia dactylum, quarta et quinta rursus trochæum: vt

-v | -- | -vv | -v | -v

Integer vitæ scelerisque purus.

Not. 1. Tertio cuique versui adnecti solet adonicus, qui periodum plerumque claudit: vt

Rebus angustis animosus atque

Fortis appare; sapienter idem

Contrahes vento nimium secundo

Turgida vela. Hor.

Z 3

Not. 2.

Not. 2. Traiectis vocibus versus sapphicus in phalacium potest commutari: vnde summa vtriusque generis est similitudo. Vt Sapphicus: Non eget Mauri iaculis, nec arcu.

Phalacius: Non Mauri iaculis eget, nec arcu.

§. XIX. Versus GLYCONICVS (sic dictus ab auctore Glycone) constat spondeo, choriambos et iambo seu pyrrichio, vt

-- | -vv- | vv. Vel ita: -- | -vv | -v

*Tandem regia nobilis,
Antiqui genus Inachi,
Fratrum composuit minas.*

§. XX. Versus CHORIAMBICVS præ ceteris amat choriambum pedem, et habet hanc formam:

-- | -vv- | -vv- | vv Mæcenas, atavis edite regibus.

§. XXI. Versus ALCAICVS in prima regione habet spondeum vel iambum, in secunda bacchium, in tertia et quarta dactylum. Horatius binis alcaicis duos semper alios iungit: quorum vnus est iambicus quaternarius cum syllaba abundante, in tertia tamen regione semper habens spondeum; alter alcaicius dactylicus. Forma carminis Horatiani hæc est:

Alc.	--		v--		-vv		-vv		
	v						-		
Iamb.	v-		v-		--		v-		v
Alcm.	-vv		-vv		-v		-v		

*Dulce et decorum est pro patria mori.
Mors et fugacem persequitur virum,
Nec parcat imbellis iuuentæ
Poplitibus timidoque tergo.*

§. XXII. Versus ARCHILOCHIVS ita disponitur:

-vv | -vv | -vv | -vv | -v | -v | -v

Desine flere bonum tantum: tenet ille regna cæli.